



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

ta ipsi Antonio filio debere succedere suos descendentes et feminas, ut sunt Catherina, & Anna, & non Caii filii Iulij, qui admitti debet soli ad partem Iulij patris sui, donec descendentes Antonij super sint: & hoc argo utitur Corn. in d. cōs. in prin. 2. col. Quod suadet, nam sicut in illa parte Antonium predilexit, ita & nepotes suas ex ipso Antonio, nepotibus ex eo non existentibus, illas namque dilexisse censetur pro filium Antonium, ut in l. dedit. dotem. ff. de colla. bon. Hoc motio in simili utitur Soc. in d. l. cū auus col. 62. in 3. casu. Adducit et Corn. ibi in ult. col. Paul. de Cast. in quodā conf. decisuo uolentē, quod et in casu, quo emphyt. fuit à principio concessa uni, quod postea ad plures suos descendentes peruenit, quorum unus unā tamen filiā habuit alius plures filios masculos, portio habentis unicā filiā spectare debuit ad filiam, & non ad filios masculos alterius, eramusque in casu cōuentionis, ut generatio masculina semper esset pferenda. Et quibus allegaretur d. c. 1. de duob. fratr. c. inuest. tū ille tex. nihil faciebat, quā loquitur, quā cōcessio ab initio duob. facta fuit: Paul. autem fin. Corn. ibi tex. meliorem allegauit in c. 1. de natu. success. feud. ubi fin. cū est tex. mirabilis, quod si duo fratres ad diuisionē bonorum deueniāt, & feudū paternū alteri in totū assignetur, illud nunquam deuenire potest ad descendentes alterius lineae, donec supersint descendentes illius, cui in diuisione fuit assignatum. Refert et Corne. quendam D. Benedictū præceptorem suum in casu nostro pro femina consuluisset: & hæc sufficiant, quā à principio uni tamen emphyt. concessa fuisset. ¶ Si autem t. emphyt. in casu nostro pluribus fuisset concessa, qui decessissent, suis descendētib. relictis, quorum unus feminas tamen, & alius masculos habuisset, putat esse casus noster, in quo D. Petrablanca, Antonio, & Iulio posthumo emphyt. fuit concessa pro se, & filiis, & nepotibus masculis, & illis deficientibus & non extantibus pro feminis, & ex Iulio remanet Caius, ex Antonio uero Catherina, Anna, & Nicola: decessit postea Nicola superstitibus fororibus suis, & Caio patruele: in casu isto abique dubio tenendum, & concludendum esse arbitror, quod quoad portionem Antonij filiae suae feminae sint præferenda: Caio, qui est de linea Iulij, ut videtur in terminis, quod male potest cuitari, in d. c. 1. de duob. fratr. c. inuest. ubi facta fuerat concessio pluribus fratrib. pro se, & filiis suis masculis, illisque deficientibus pro feminis: de fratre ibi, quod filia, quod ex uno remansit, admittitur, exclusis masculis natis ex alio fratre: & ita per illum tex. affirmat Corne. ex mente Paul. Cast. in d. consi. 263. in ult. col. idē uoluit Bal. in l. fi. in 2. col. C. de suis, & legit. & præmissa corroborantur ex not. per Bal. in consi. 32. incip. præmissis uerbis, quod refert Corneus in d. consi. 233. in fi. 3. col. quod quā testator disponit, ut una res de liberis in liberos uadat, si unus decedat pluribus. relictis filiis, donec superest aliquis de una linea, non succedunt alij de alia linea, argu. d. c. 1. de natu. success. feud. ¶ Videndum est et breuiter, utrum dictus Caius ex bonis, quod fuerunt d. Nicolae possit aliquid legitimā, & Trebellianicā detrahare, & si recte consideretur, nullā posse detrahare dicendum est, quique aliter diceret, iudicio meo somniaret, quia nescio reperire casum, in quo in nostris terminis hæc duæ quartæ Caio deberi possint, non ex persona sua, quia ipse non fuit grauatus restituere per fideicommissum spālter, nec sub nomine collectiuo, ut ex uerbis testamenti dicti Iulij colligitur, nec est ille, quem à fororibus petatur restitutio ex aliquo fideicommissio: ergo non est talis, ut ex sua persona possit dictas duas quartas detrahare, quæ illi soli permittuntur, qui est de filiis, & liberis testatoris, & grauatus per fideic. restitue-

re, c. Raynuius, & c. Raynaldus cum similibus extra de testamen. Si uero Caius diceret dictas duas quartas sibi deberi ex persona Iulij posthumus patris sui, qui potest dici grauatus sibi restituere uirtute primæ substitutionis, dico quod illas debuit habere, & detrahare in bonis, & de bonis ipsius Iulij posthumus, cuius Caius est hæres: Et ideo in hoc casu dici potest, quod petis intus habes, quā cū ipse Caius totū habeat, hoc est integrā partē suam, quod habere debuit ex bonis patris Antonij testatoris, merito et in illo toto habuit & inuenit trebellianicā, & legitimā ipsi Iulio debitam in bonis paternis. Si autem Caius uellet legitimā, & Trebellianicā ex persona Antonij, qui ex prima substitutione uel grauatus per fideicommissum restituere filiis suis, hoc est Nicolae, & tunc frustra hoc perit, quia Caius non fuit hæres Antonij, sed ipse Nicola: ergo ius detrahendi legitimā, & Trebellianicā ad Nicolam filium, & hæredem spectat, & non ad Caium, quā ad hæredem hæredis grauati post mortem restituere spectat detrahare, & petere dictas legitimas l. coheredi. §. cū filia. ff. de uulg. & pup. & ibi Bar. Imol. & Alex. & in l. qui duos eod. rit. c. cū pater cū ibi not. de testa. in 6. Et si Caius uellet detrahare, & consequi dictas legitimas ex persona Nicolae, tanquam ipse fuisset grauatus per fideic. restituere, dico hoc non posse facere, in primis, quia Nicola non fuit grauatus, nec illi aliqua fuit substitutio facta, cuius casus eueniret, ut supra dictū fuit in prin. & ideo Caius male petit. Præterea & si ex persona Nicolae esset aliqua Trebellianica detrahenda, quia ipse fuisset grauatus, pfecto hoc ius detrahendi spectaret ad hæredes d. Nicolae per predicta, & per ad forores, quod illius sunt hæredes. In reliquis prædictis cū ijs, quod subtiliter, & copiose dixerunt alij clarissimi Consultores, quorum sententiæ in omnibus adharco.

S V M M A R I V M.

- 1 Frater uterinus de iure cōi indistincte excludit patrui: quod si statutum excludat matrē, aliosque per lineam maternam descendentes existentes patrui, uel alijs agnatis, & non.
- 2 A successione non excluditur quis ubique: remotior illo alio per statutu excludens eum, qui primū excluderat, non succedit in locū eius, quē excludat, sed potētius in succedēdi habet.
- 4 Statutum excludens matrē propter patrui, aliosque agnatos fauore agnationis seruandū dicitur indistinctum.
- 5 In correctorij etiam ex identitate rationis fit extensio.
- 6 Exclusa matrē, oēs quoque ab ea descendentes dñi exclusi, quā eadē ratio. Idem de filia exclusa, & quā hoc uerum sit, nō.
- 7 Matrē à statuto exclusā, extantibus agnatis, auct quoque matris exclusus est, licet de eo statutu non meminerit.
- 9 Comprehensum ex identitate rationis non dicitur omisum.
- 10 Bar. in l. 1. §. qui habebat. ff. de bonor. poss. 3 tab. declarat.

E P I T O M E.

Statutum excludens matrē, & alios ascendentes per lineam maternam, existentibus patrui, uel alijs agnatis, à successione ab intestato, excludit etiam fratrem uterinum.

C O N S I L I V M C L I I I.

In dubium, de quo quaritur, an si per statutu excludantur mater, & alij ascendentes per lineam maternā, existētē patrui, uel alijs agnatis, à successione ab intestato, dicatur excludi frater uterinus, qui in utero est: & non excludi primo aspectu uel, quinimmo ipse frater uterinus excludere debet patrui, seu patruos, quā hic est casus omisus à statuto, ergo remanet sub dispositione iuris cōis l. commodissime ff. de libe. & posthu. l. si uero §. de uiro l. si cū dotē ff. solu. matr. sed de iure cōi frater uterinus excludit patrui indistincte, ut est tex. in auth. post fratres. la. 1. & in corpore unde sumitur, & ibi Salic. C. de legit. hæredi. ergo &c. & ita tenet Bal. in l. illam. C. de colla. qui repræhēdit Bar. fratrium tenentē in l. 2. §. uidendū. ff. ad tutel.

¶ Secundo

¶ Secundo ad idem adduco doctrinā Bar. in l. r. §. qui habebat ff. de bonor. poss. l. 3. tabu. qui uoluit, §. si ille, qui est remotior me, & qui excludit eū, qui excludit me, non succedat in locū eius, quē excludit, sed succedat, quia habeat potentius ius in successione, tunc ego non excludor à successione, exemplū in casu nostro, per statutū patruus, qui est remotior me fratre uterino, excludit matrem, q̄ tñ excludit me, auth. defuncto C. ad tertull. & patruus qui excludit matrem, non succedit in locum matris, sed succedit, quia habet potētius ius in successione, tunc patruus, qui excludit matrem, non debet me fratrem uterinum excludere, ita colligitur ex uerbis Bartoli in dict. l. 1. §. qui habebat. ¶ His tñ non obstantib. s̄rūm puto uerius esse, §. patruus, qui ex forma statuti excludit matrem, à fortiori debet excludere fratrem uterinum, & ad hoc dicendum moueor in primis ex illa regula vulgari si uinco uincēte te, multo magis uinco te, ut not. in l. aliduis C. qui potio. in pigno. habet. l. de accessioni bus ff. de diuer. & temp. p̄scrip. sed patruus uincit matrem, stante statuto, & mater uincit fratrem uterinum d. auth. defuncto, ergo à fortiori patruus uincet fratrem uterinum. ¶ Secundo moueor arguendo ex identitate rationis, quā est unica, & s̄rū h̄ pro expressa, §. uidelicet fauor, & conseruatio agnationis, nam fauore agnationis inductū fuit ut patruus, & alij agnati excludant matrem, & alios p̄ lineam fœmininam, ut uoluit Bal. in l. maximū utrum C. de lib. p̄r. & in l. eā §. C. de fideic. Sed hęc rō ita pariter militat in fratre uterino, sicut in matre, ergo sicut mater à patruo excluditur, ita debet excludi frater uterinus: §. & quī simus in correctio nis, nihilominus ex identitate rationis, q̄ est expressa, uel q̄ h̄ pro expressa, ex quo est unica, debet fieri extensio, arg. eorum, q̄ uoluit glo. in clemen. 1. de electio. in auth. ut hi qui habent in prin. gl. & doct. in c. 1. de rerū perm. in 6. Anto. de Bur. in c. fi. de consuetud. Alex. in cons. 284. in 2. uolu. & in cons. 32. in 4. uolu. ¶ Tercio §. ex quo per statutum excluditur mater à patruo, debent ēt excludi oēs, qui de pēdent ab ipsa matre, in quib. militat eadem ratio, quā militat in matre, quia exclusā radice debent ēt excludi oēs, qui à radice infecta dependent, ut colligitur in simili ex ijs, quā uolūt doc. maximē Bar. in l. liberorū in 9. col. uers. quāro pone, q̄ quis ff. de uerb. signifi. cū sequenti uers. & Bald. in d. l. maximū utrum in 1. col. C. de liberis p̄r. teritis, qui uolunt, q̄ si filia à statuto excludatur pp̄ filios masculos, dicentur ēt excludi nepotes ex filia, tanq̄ uenientes à radice infecta, & q̄ in illis militat eadē ratio statuti excludentis, ergo per patrum debet excludi frater uterinus, qui descendit à matre, q̄ excluditur p̄ patrum, & ita in terminis, & in indiuiduo in casu nostro uoluit Paul. de Cast. & sequitur Alex. in l. illam C. de colla. qui exemplificant propriē in casu nostro, qñ statutū excludit matrē existente patruo, q̄ ēt excluditur frater uterinus pp̄ patruū, ex quo frater uterinus descendit à matre, & sic à radice infecta, & pro hac decisione facit, q̄ uoluit Bart. in l. si ue ingenua §. uidendum ff. ad tertull. qui dixit, §. si statutum excludat matrē extantib. agnatis, dicef ēt exclusus auus maternus, q̄ uis statutū non loquat de eo, tum quia in eo militat eadem ratio, q̄ in matre, tum quia auus maternus est remotior, q̄ sit mater, & ipse à matre excluditur; Nec obstat rex. in d. §. uidendum, ubi exclusā matre, non censetur exclusi alij sequentes in gradu, §. qm̄ rñderit, q̄ ille rex loquit, qñ mater esset exclusā à successione nō alicuius contemplatione, sed in casu nostro mater excluditur à statuto contemplatione patrum, & agna

tionis conseruandā, ut supra, ergo ēt dicetur exclusus ille, qui à matre descendit, tanq̄ à radice infecta, cum in eo militet eadem ratio exclusionis, ita colligitur ex uerbis Bar. in d. §. uidendum: & hęc est uerior opinio, q̄ sequitur Alex. in d. l. illam, & eā ibi corroborat post Pau. de Cast. qui dicit, q̄ si p̄sona non specificata à statuto excludente matrē pp̄ patrum erat coniuncta defuncto per matrē tm̄, ut quia nisi fuisset mater, nō fuisset talis persona coniuncta defuncto, ut est auia materna, item ut est frater uterinus tm̄, quā personā de iure cōi excluderent patruū à successione ab intestato, iuxta tex. in d. auth. post fratres la 1. & in d. auth. defuncto, tūc tales personā excluduntur à patruo, sicut mater excluditur, siue extet mater, siue non, quia exclusā radice excluduntur omnes, qui ab ea depēdent. ¶ Et sequendo hanc opinionē, q̄ ueriores puto in puncto iuris, superest, ut rñdeam adductis supra in s̄rū & in primis non obstat, q̄ statutum non comprehendit uterinū fratrem, & sic de casus omīssis, ergo & c. Quia rñderit, q̄ q̄ uis expressē, seu sub uerbis expressis frater uterinus non comprehendatur, tñ debet excludi à successione, ex quo mater, quā est proximior, excluditur, tanq̄ frater uterinus pro ueniat à radice infecta, ut dixi, & colligitur ex ijs, q̄ uoluit Alex. in d. l. illam, & Bar. in d. §. uidendum: Præterea §. hic casus pōt dici non omīssus, ex quo cōprehenditur ex identitate rationis, tñ quia rō, quare per statutū excluditur mater, v̄z fauor, & conseruatio agnationis, quā rō h̄ pro expressa, q̄ est unica, ut dixi, militat ēt in fratre uterino, per quē non conseruatur agnatio, q̄ est cognatus, ut h̄ in d. auth. post fratres, & id, qd̄ uenit, & comprehenditur ex identitate rationis, non d̄ comprehenditur per modum extensionis, sed ex ui uerborū legis l. nominis, & rei §. uerbū ex legib. ff. de uerb. signifi. Nō obstat doctrina Bar. in d. l. 1. §. qui habebat ff. de bonor. poss. l. 3. tabulas, quia rñderit, q̄ in casu nostro, qñ mater excluditur à statuto pp̄ patruū, tunc d̄ excludi contemplatione patrum, adeo qd̄ acquirif patruo, qui in locū matris d̄ succedere, ut colligit ex ijs, q̄ uoluit Bar. in d. §. uidendum: quo casu sequitur, q̄ sicut mater excluditur pp̄ patruū, ita ēt excluditur frater uterinus, qui à matre de iure cōi excluderetur, per ea, quā uoluit Bar. in dict. §. qui habebat. ¶ Præterea §. Bart. ibi loquitur, qñ persona de cuius exclusionē agebatur, non descendebat à persona exclusā à statuto, & sic à radice infecta, ut clarē pōt colligi ex eius uerbis, & ideo sto cum prædicta conclusione, q̄ in casu nostro sicut mater per statutum excluditur pp̄ patruū, ita debet excludi frater uterinus, qui tm̄ à matre descendit, & præsertim cum adhuc mater extet, & superuiuat, & hoc per doctrinā Ange. in d. l. illā C. de colla. qui uoluit in terminis nostris, q̄ qñ statutum excludit matrē pp̄ patruū, dicatur ēt excludere remotiores in gradu, puta descendentes à matre tm̄, alioquin sequeretur absurdum, q̄ remotior in gradu, qui esset de eodē capite cognatorum, succederet, & mater, q̄ esset proximior, excluderetur, quod esset absurdū argumento rex. cum ibi nota. in auth. post fratres la 2. C. de legit. h̄red. ubi ad successione semp̄ prius sunt uocādi proximiores, & qui loco proximiorū sunt, & non remotiores. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1. Pacisci qñ liceat de futura successione, & hereditate alicuius.
2. Mulier nupta extra territorii originē nō mutat quoad ea, q̄ illā ab obsequijs uiri non abstrahit, et quoad hoc statutis sue originis ligat: Et an et qñ hoc pcedat quoad successione. n. 1.
3. Successio intestati quoad bona sita in loco domicilij sui secundū statuta loci domicilij defuncti, & non loci originis.

Mulier